

6. Si pectus est pilosum & hirsutum, signum est hominis virilis, magnanimi, callidi, libidinosi, & inconstantis: si glabrum: hominis muliebris; timidi & inuerecūdi.
7. Si pectus est gibbosum, signum est hominis insynceri: si rubrum & flammeum: iracundi.
8. Si mamilla dependent, pectore amplo & macilento, signum sunt scortatoris & ebriosi.
9. Si mamillæ sunt parvæ & extenuatæ, signum sunt hominis imbecillis: si mediocriter magnæ, plenæ & molles: perfectæ complexionis.
10. Signa quæ à ventre sumuntur, alia concernunt totum ventrem, alia partes ventris, cuiusmodi sunt costæ, umbilicus & pudenda.
11. Si venter est magnus, cornosus, mollis & dependens, signum est hominis libidinosi, ebriosi, & minus solertis, nec non rudis, & superbi.
12. Si venter est durus, signum est hominis rudis & gulosi: si mollis; magnanimi & probi: si mediocris: ingeniosi & prudentis.
13. Si venter est pilosus, signum est hominis libidinosi, levis & instabilis.

De signis à
ventre petitis

14. Si